



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Vtî amans anima præsentis vitæ calamitates deploret: mundi huius vitia
quanta inualuerint, quibusq[ue] peccatis potissimu[m] seculares homines
irretiti teneantur. Cap. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Vt amans anima presentis vitæ calamitates deplorat: mundi huius vitia quanta inuoluerint, quibusque peccatis potissimum seculares homines irretiti teneantur.

CAP V.

Psal. 39.

Domine Domine quando respicies, quando mihi misello expectanti & expectandi te misericorditer intendes, vt exaudias preces meas, & educa me de hoc lacu miseriz & de luto fecis, vt statuas supra petram æternæ stabilitatis pedes meos, & ad patriam æternæ iucunditatis dirigas gressus meos, vbi immittes in os meum canticum nouum, hymnum tibi Deus meus: Nunc autem interim dū super flumina sedeo Babylonis, id est, huius mundi confusi diuersis peccatis, sicut dum recordor illius super celestis Sion, & sunt mihi lachryma mea panes die ac nocte, dū dicitur mihi per singulos dies: Vbi est Deus tuus? Et ego dico: Deus meus vbi es? Ecce vbi es.

Psal. 135.

Psal. 41.

Et respiro modicum & modicum paululum, inquam, respiro in te Deus meus, solatium meum, dum à longè prospicio, & quasi de longinquo saluto patriam meam, regnum tuum o rex & pater meus, cum effundo super me animam meam, cum pertranseo meditando in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum tuam, vbi quamuis tenuiter & non omnino intelligibiliter audio vocem exultationis & laudationis, soni festiuitatem celebrantis. Et tamen adhuc tristis est, quia relabatur subito ad consuetas miserias misera anima mea, & conturbat me, & facit mihi tedium vitæ meæ, dum considero diuersa pericula, tam eorum qui foris sunt, quam eorum qui intus. Adhuc enim insultat Iudæus mortuo crucifixo nostro. Mortalem fuisse Deum paganus irridet. Quis hoc non doleat, quis optimo crucifixo non condoleat, pro nobis facto viro dolorum, super quem adhuc cadunt opprobria exprobrantium ei, & additur dolor super vulnere eius dolorem, dum hodie contemnitur regnans & in æternum victurus in caelis qui tunc vulnerabatur humilis, & temporaliter moriturus in terris. At verò intus, id est, in Ecclesia Catholica fideles infideliter viuunt, & ipsum meum crucifixum, quem verbis protestantur, factis detestantur, quæ consententur lingua, operibus dissidentur. Nec minus foris, id est extra religionem, vel extra monasteria, mundum sequuntur amatores mundi, solo nomine Christiani, regnantes in eis non Christus Iesus Rex regum & Dominus dominantium, qui verè mitis est, & humilis corde, cuius iugum suauis est, & onus leue: sed iugum grauisimum iniquitatis ipsi sibi imponunt homines inhumani, faciuntque in se regnare concupiscentiam oculorum, id est, auaritiam & concupiscentiam carnis, id est, luxuriam, & superbiam vitæ, dum gloriantur in malitia, qui potentes sunt in iniquitate. Abiectione dulcissimo sanctæ charitatis affectu, mordent se inuicem & comedunt, sæpiusque inuicem se collumunt, odientes & detrahentes, & occidentes se inuicem qui inuicem, debent esse benigni & misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit nobis.

Ibidem.

Psal. 41.

Esaia 53.

Psal. 68.

Esaia 1.

Vt amans anima quorundam religiosorum vitia defleat: vt que profui ex cunctis malis liberatione & cum Deo vnione supplicet.

Apoc. 19.

Matt. 11.

1. Ioan. 2.

Psal. 51.

Gal. 4.

Ephes. 4.

CAP V. VI.

Vtinam autem hæc ad eos qui intus, id est, in monasterijs sunt minimè pertuerent, & haberetur saltem securitas intus inter filios & filias Dei spirituales & speciales, filijs mundi pugnantibus, litigantibus & belligerantibus foris. Sed

1. Co. 7.

Vt amans anima quorundam religiosorum vitia defleat: vt que profui ex cunctis malis liberatione & cum Deo vnione supplicet.

CAP V. VI.

Vtinam autem hæc ad eos qui intus, id est, in monasterijs sunt minimè pertuerent, & haberetur saltem securitas intus inter filios & filias Dei spirituales & speciales, filijs mundi pugnantibus, litigantibus & belligerantibus foris. Sed